

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Pena siue punitio s  
cum uariis

Iniustus quisque eo atrocius in tormentis obruitur quo altius in peccatis eleuatur, transit quod extollitur, permanet quod punitur. Quia honoratur in uia, in peruentione dampnabitur; et quasi per amena prata ad carcerem peruenit qui per presentis uite prospера ad interitum tendit.

Gregorius libro VI. moralium.

---

altius] alterius M; quia] qui P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; in peruentione] imperuentione P V<sup>1</sup>; libro VI. moralium] in moralibus V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>